

dormientiu. Ipso sacerdoti sumo offerim. qua ille tenauit. ut acceptabilis
 sit coram domino. Quia ut iohannes ait. Ad uocatum habeam apud patrem ihesum christum iustum.
 qui apparet non uultui dei pro nobis. et ipse sit propitiatio pro peccatis nostris. Sacrificium
 domino nouum offerim. ex omnibus habitaculis nostris cum unumquisque nostrum propria
 uoluntate. secundum euangelica precepta noui testamenti. mortificationem
 corporis sui offert deo. Verum enim lex precepit. Crescite et multiplicamini
 et replete terram. Et iterum. Si uolueritis et audieritis. bona terre comedetis.
 ait dominus deus. Nouum autem testamentum ita precepit. Condate per angustam portam
 intrare. Qui uult inquit dominus post me uenire. abneget semetipsum.
 et tollat crucem suam. et sequatur me. Et apostolus. Qui autem inquit se christi carne
 sua crucifixum cum uitis et concupiscentiis. Panes primiciarum domino
 duos offerim cum lege et euangelium. que uere sunt cibi animarum nostrarum
 pro modulo nostro quantum possum adimplem. Qui panes sunt ex duobus
 dictis simile firmitate. ex doctrina uidelicet que perfecta christi diuini-
 tate. et humanitate tradit. nec aliter coque. nisi per tale doctrinam possum.
 Offerimque cum istis panibus septem agnos immaculatos. cum innocentia quasi se-
 formis gratia spiritus sancti efficit. concorditer legis et euangelio. in dei conspectu
 exhibent. Offerim et uitulum de armento. cum christum ex patriarcharum origine.
 secundum carnem genitum. ac pro nobis crucifixum confitemur. Offerim et duos
 arietes. cum excellentiora mandata. que sequuntur alias uirtutes. uelut oues
 oportet adimplere. scudem. ut est illud. Si uis perfectus esse. uade uende omnia
 que habes. et da pauperibus. Et cetera. Et illud. Diligite inimicos uros. et
 benefacite his. qui oderunt uos. Et iterum. Hoc ergo sacrificia. et libatio. scientia
 uidelicet et operatio. odor suauitatis est domino. ut apostolus ait. christi bonus odor
 sumus deo. Et etiam oblatio festo pentecostes competat. Quia consumma-
 tionem totius perfectionis. spiritus paracliti gratia tribuit. Ideo fratres sancti patres
 nostri. ex plebs celeberrima festiuitate pentecostes. hoc salubre ieu-
 niu sanxerunt. ut per abstinentiam. et supplicationes intentas. deo acceptabiles
 hostias offerant. Quidam uero ex euangelica auctoritate instructi.
 in hoc quod saluator phariseis. et discipulis iohannis interrogantibus.
 cur discipuli et non ieiunarent. respondit. Non possunt filii sponsi
 lugere. quam diu cum illis est sponsus. Venient dies. cum auferet ab eis
 sponsus. et tunc ieiunabunt. Inde insinuat. ut post ascensionem domini.

.xxxv.